



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 64. Sigismundi Imperatoris obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

resuscitari metuit: quapropter ad Rochisæ dicta respondit: *Imo nos prius Rochisæ sanguinem non inviti ante aras potius libabimus*, quam ut eidem adeo scelestum facinus exequendi spatium relinquamus. Rochisana præsentiscens vitæ suæ periculum, quod sibi eo gravius impendere timebat, quo tardius mansuetissimam Imperatoris indolem ad vehementes iræ motus concitari noverat, clam fuga se proripuit. Ast infaustus Sigismundi obitus paucis ex post diebus eveniens, Rochisanam suo metu exemit, Bohemiam vero turbis, a quibus Imperator eam vindicare cogitabat, infeliciter involvit.

§. LXIV.

Sigismundi Imperatoris obitus.

Jam a longo tempore fatiscentes corporis vires extremam vitæ diem Sigismundo Cæsari præsagiebant. Igitur Hungaros eum stipantes, quos tenerrimo complectebatur affectu, manifestato mortis suæ periculo, allocutus dicebat: *michi fixum, ratumque est, Bohemia excedere, atque ut idem serio faciatis, vobis consulo; timeo enim, ne Bohemi post obitum meum in vos tanquam sectæ suæ hostes seditionem moveant, vosque bonis, aut forte etiam vita spoliarent, si inter*

secul. XV.
A.C. 1437.

*Æn. Sylv.
Hist. Bohem.
c. 50. 55.*

*Krantz. 12.
Wandal. 1.
c. 4.*

Sæcul. XV.

A.C. 1437.

ter eos omni præsidio destituti diutius permanferitis. Ceterum Sigismundus hoc timoris obtentu veram discessus sui causam occultasse videtur; gravius quippe instabat periculum ab Imperatrice Barbara ejus conjugæ; hæc enim voluptatibus plus æquo dedita, proventæ ætatis, nova jamjam conjugia post Cæsaris obitum cum Rege Poloniæ nondum infantiam egresso meditabatur, non sine magno Elisabethæ filiæ suæ præsidio, quæ in spem regni adoleverat. Sigismundus igitur verebatur, ne infante ejusmodi nuptiæ seditionem concitarent, indeque Hungaris itineris sui socios quos aliunde sparsus connubii rumor jam plurimum turbaverat, grave periculum immineret. Igitur tertio post die Praga discessit, & Znoymam in Moravia perveniens substitit, ibidemque Imperatricem, quæ eum secuta est, custodiæ tradidit, adempta eidem omni immatura sua consilia exequendi copia. Paucis temporibus post diebus Imperator die octava Decembris ex paralyfi obiit, juxta nonnullos anno ætatis suæ septuagesimo secundum alios vero septuagesimo octavo Regni Hungarici quinquagesimo primo Romanorum vigesimo septimo, Bohemiarum decimo septimo, ac Imperii sui quinto.

*Trithem. in
chro. Spanh.*

Quem Thrithemius plurimum comendat.

ait, fuisse eum *amatorem Dei, defensorem* Sæcul. XV.
Cleri, & pauperum advocatum. Corpus A.C. 1437.
 ejus delatum in Hungariam, sepulturæ Bzov. hoc
 traditum est in Ecclesia Varadinensi. Si- ann. ex Gol-
 gismundo cetera ob pietatem laudatissi- dast.]
 mo id a nonnullis vitio vertitur, quod ipse minus pudicus, nimia etiam indulgentia uxoris suæ libidinem dissimularet. Inter ejus plurimas, quas condidit, constitutiones una reperitur præclarissima de privilegiis, & immunitatibus Clericorum, qua antiquas Friderici II, & Caroli IV. leges confirmavit, auxitque.

§. LXV.

*Albertus Austriae Dux Sigismundi
 successor.*

Reliquit Sigismundus Imperator morti Æn. Sylv.
 proximus Hungarici, ac Bohemici Hist. Boh.
 Regni sui hæredem Albertum; huic e- c. 55.
 nim tanquam illius Genero non modo Cochl. lib. 8.
 suffragabatur sanguinis propinquitas, sed Et 9.
 etiam antiquum foedus, quod inter Bo- Acta Patricii
 hemiæ Reges, & Austriae Duces de mu- tom. 12. conc.
 tuo in hoc Principatus succedendi jure p. 1550.
 intercedebat, si hæredes masculi deficerent. Ita testantur Æneas Sylvius, Cochlæus, & alii. Quamvis non desint, qui scribere non dubitaverint, Albertum Sigismundi foci sui astu fortitum esse duo illa regna. Enimvero id Friderici II. Impera-